AUGUSTINUS
12. Jh.
Seite 128r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

accipiendum est · Galylea namq; interpretatur uel trans
migratio uel reuelatio · Pruus itaq; secm transmigrationis
significationem quid aliud occurrit intelligendum · nisi
quia xpi grã de ppto isl transmigratura erat ad gentes ·
quib; apli predicantes euangelium nullom crederentur
nisi eis ipse dnus uiã in cordib; hominũ ppararet · & hoc
intelligitur precedet uos in galyleam · Quod autẽ gau
dentes mutarentur disruptis & eunctis difficultatibus
aperi sibi ostium in dno · p illuminationẽ fidelium hoc in
telligitur · Ibi eũ uidebitis · id est ibi membra eius inueni
tis · ibi uiuum corp eius in bis qui uos suscepint agnosce
tis · Secm autẽ illud quod galylea interpretat reuelatio ·
non iam in forma serui intelligendus est · si illa in qua
equalis est patri · quã pmisit apud iohannẽ dilectorib;
suis · cum diceret · & ego diligã eum · & ostendã meipsum
illi · Non utq; secm id quod iam uidebant · & quod
etiam resurgens cum cicatricib; non solum uidendum
si etiam tangendũ p modũ ostendit · si secm illam inef
fabilem lucem qua illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ
in hunc mundum · secm quã lucet in tenebris · & tenebre
eam ñ cõprehenderunt · illuc nos precessit unde ad nos
ueniens non recessit · & quo nos precedens non deseruit ·
Illa erit reuelatio tamquã uera galylea cũ similes ei erimus ·
ibi eũ uidebimus sicuti est · ipsa erit etiã beatior transmi
gratio ex isto setõ in illam eternitatẽ si ei precepta sicam
plectamur · ut ad ei dexteram segregari mereamur ·
Tunc enim ibunt sinistri in combustionẽ eternam · iusti
autem in uitam eternam · hinc illuc transmigrabunt ·
& ibi eum uidebunt · Quom non uident impii ·